



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

**Fleury, Claude**

**Augustæ Vindelicorum, 1787**

**VD18 90119649**

§. 13. Joannis Meindarts Ultrajectensis Pseudo-Archiepiscopi consecratio a  
Benedicto XIV. Pontifice damnata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)

Sæc. XVIII.

A. C. 1740.

§. XIII.

*Joannis Meindarts Ultrajectensis Archiepiscopi consecratio a Benedicto XIV. Pontifice damnata.*

*Vid. supra tom. 76. p. 597.*

Quemadmodum Benedictus Papa adduceret, omnes moderationis ac moris sicut fuetudinis fontes exhaurire nitentibus ita ferrum & ignem admovere non dubitabat, ubi nec oleo nec balsamo interterata pertinaciæ vulnera curari poterat cognoverat: id experiebatur Joannes Petrus Meindarts, qui spreto, usque iteratis Ecclesiæ censuris a Schismaticis Pseudo-Canonicis in Ultrajectensi Archiepiscopum electus pariter ab eodem communicato & suspenso Episcopo consecratus fuit, & quamvis jam a Clemente XII. Papa prætensa sua dignitate exutus fuisset, nihilominus omnia Archiepiscopalis Ordinis munia exercere præsumpsit. Eapropter Benedictus XIV. Papa severius in eum animadvertens statuit, illumque a fidelium communione segregatum, suspensum &c. declaravit, edita die vigesima quarta Januarii sequenti Constitutione:

„Augēt Pastoralet nostram sollicitudinem filius iniquitatis Joannes Petrus

„trus Meindarts, qui nec Paternis mo- Sæc. XVIII.  
 „nitis delinitus, nec anathemate per- A. C. 1741.  
 „cussus ullum sibi facit furendi modum.  
 „Cum enim undique admonitus, & pu-  
 „blicis monumentis edoctus ignorare  
 „non posset, sibi detractam fuisse a fel.  
 „rec. Clemente XII. ludicram illam  
 „Ultrajectensis Archiepiscopatus larvam  
 „induere inaniter conabatur; ac propter  
 „ea vigore literarum in simili forma Bre-  
 „vis die VI. Octobris MDCCXXXIX. su-  
 „per nullitate Electionis severissimis  
 „censuris illigatus fuisset; tamen non  
 „abstinuit falsum illud nomen usurpare,  
 „sed, ut abyssus abyssum invocat, patra-  
 „tum scelus novo scelere cumulavit.

„Siquidem non sine horrore, & in  
 „amaritudine animæ nostræ intellexi-  
 „mus eo temeritatis pervenisse, ut sa-  
 „cra omnia polluens solennibus cære-  
 „moniis initiari, consecrarique volue-  
 „rit. Quid fieri debeat Filio tam de-  
 „generi, non audienti amantissimi Pa-  
 „tris vocem, & ad Ecclesiasticæ distri-  
 „ctionis plagas obdurescenti, jam diu  
 „consuluimus Dominum, atque utinam  
 „auribus nostris non resonet horribilis  
 „vox illa: *Curavimus Babylonem, & non*  
 „*est sanata, derelinquamus eam; quo diro*  
 „*fulmine nullum profecto majus.*

„Quare

Sæc. XVIII.

A. C. 1741.

„Quare ad Vos, Dilecti Filii, gau-  
 „dium & corona nostra, omnem conve-  
 „timus curam; & quo magis in pro-  
 „mo objecti estis lupo huic insidioso,  
 „que implacabili, eo Vos diligentius  
 „hortamur, & commonemus, ut res-  
 „statis fortes in fide, quam ab Apo-  
 „lica Sede omnium Ecclesiarum  
 „& Magistra a primis usque temporibus  
 „accepistis. Nolite a semita  
 „abduci subdolis ac venenatis illius  
 „cibus, quas infundere conatus est  
 „illa captiosa. & in simplicium sol-  
 „sionem & schisma aperte tendente  
 „pistola Pastoralis, data 1. Decembris  
 „elapsi anni 1739. ad gregem exiis  
 „tasse collectum, qui secum ambulat  
 „in tenebris, non alio sane animo  
 „scripta, quam ut inconsutilem  
 „vestem scindat. Scimus, & in Dom-  
 „no gaudemus, Vos ab hac vera  
 „non aberrare; nostra tamen Patrum  
 „caritas & commissi Nobis licet im-  
 „ribus Apostolici Ministerii ratio pos-  
 „lant, ut solliciti vigilemus ad vestram  
 „custodiam, nec a vobis dejiciamus  
 „culos, quos vaferrimus ille seducit  
 „disjungere studet a vero Christi  
 „ut secum per vias non bonas errantes  
 „pereatis. Nam utcumque blandiantur  
 „sibi, nemini suadebit, se in Ecclesia  
 „nere, quam dilacerat pertinaci schi-  
 „mate.

„Ad quam profecto Ecclesiam, ut Sæc. XVIII.  
 „aliquando intelligat pertinere se nullo A. C. 1741.  
 „modo posse, nisi resipiscat. Nos Præ-  
 „decessorum Nostrorum, sacrarumque  
 „legum morem, atque exempla secuti,  
 „tradita Nobis a cælo potestate primum  
 „hujusmodi nefariam consecrationem  
 „illicitam, illegitimam, sacrilegam, ac  
 „contra supremæ Sedis mandata, & sa-  
 „crorum Canonum sanctionem factam  
 „declaramus.

„Deinde eundem Joannem Petrum,  
 „& quotquot huic execrabili facinori  
 „operam, consilium, consensum præsti-  
 „terunt, auctoritate Omnipotentis Dei  
 „excommunicamus, anathematizamus,  
 „atque ab Ecclesiæ communionem segre-  
 „gatos, ac prorsus Schismaticos ha-  
 „bendos, & evitandos esse iterum con-  
 „stituimus.

„Sciat autem idem Joannes Petrus  
 „non solum ab iis, quæ sunt jurisdic-  
 „tionis, exercendis esse suspensum, prout  
 „vigore earundem literarum Prædeces-  
 „soris Nostris fuit suspensus, sed etiam  
 „ab iis, quæ sunt Ordinis, mandamus  
 „illi propterea, districteque interdici-  
 „mus, sub pæna Excommunicationis  
 „ipso facto, & sine ulla declaratione in-  
 „currendæ, ut nullo pacto aut chrisma  
 „conficere, Clericos ordinare, aut Vir-  
 „gines

Sæc. XVIII.  
A.C. 1741.

„gines consecrare, aut alia Episcopis  
„Ordinis exercere audeat; deceraent  
„insuper vacuos, inanes, nulliusque  
„prorsus roboris, ac momenti omnes  
„singulos alios actus, quos attentè  
„præsumperit. Ac proinde qui ab  
„Ecclesiasticis Ordinibus initiati fuerint  
„noverint suspensionis vinculo se obli-  
„ctos, atque irregularitati propere  
„obnoxios, si susceptos Ordines e-  
„cuerint.

„Hanc ad sanandum prope desper-  
„tum hominis furorem, extremam me-  
„dicinam adhibemus, acrem illam que  
„dem sed certe necessariam: cujus pro-  
„fecto vim si non intelligit, miser; ma-  
„to vero miserior, si intelligit, & co-  
„temnit. Reliquum est, ut, quomodo  
„vehementer solliciti sumus, ne prop-  
„quitas morbi saniores partes trans-  
„Christianæ Republicæ, Vos, Dilecti  
„in Christo Filii, iterum, atque iterum  
„monemus, ut ab eo quam diligenter  
„sime caveatis. Quod quidem facili-  
„promptiusque perficietis, si illud in-  
„pius cogitetis, quod certum omnino  
„est atque exploratum: neminem vel  
„in Christi Ecclesia esse posse, nisi e-  
„capiti visibili, atque Divi Petri Cath-  
„dræ communiōe consocietur. Atque  
„Apostolicam Benedictionem Vobis, De-  
„lecti Filii, peramanter impertimur.

§. XIV.